



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.8. Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, Hæc peccatrix Maria Magdalenæ, soror Lazari & Marthæ: & quantum nonnulli eius crimina diminuunt. tantum gloriæ gratiæ Dei detrahunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

nam pauperi, cor tuum Deo conignes: quando lingua vacat oratione, vacet & simul ipsa anima: porro si diuidas vt dandi mihi exteriora, cor & animam diabolo dedices, mihi que carnis ferula propinando misusque corporales, condimenta vero diabolo, mundo, & carni offeras usque voluptatibus, cupiditatibus, uicis & odijs, nullatenus mihi grata sunt. Sicut nec mihi satisfaciunt ferula dapesque Pharisei, illæ uero plurimum quas illa mulier mihi adducit: etenim eas componit ex animo contrito, & anima dolorosissima. Has epulas Deus magni facit, & cum vt illis vescatur, quando sibi mulier illa est proposita, ad mensam recumbat Pharisei: Pharisei dapes omite, & oculos in illam tuos conijce peccatricem: Ecce mulier.

Id. 10. de Hinc cum D. August. dicas, vt per hanc doctrinam exanimas, vtum accepta futura sint que Deo conuiuia propinas, tuas illi per elemosynam immolando facultates, carnem tuam ieiunijs, & linguam tuam orationibus, &c. Vnde his congruenter exponit illud Apostoli: *Obsecro itaque uos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra, hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem: rationale obsequium uestrum, &c. Ut probetis que sit uoluntas Dei, &c.* Multa licet hic proponere sed in particulari notandum, quod meo quidem iudicio spectet Apostolus reprobatum illud; Saulis à Deo sacrificium quia uiuum non fuit: etenim corde caruit, quod est uitæ principium. *Ex ipso uita procedit: nec spiritum habuit nec animam: hæc est que uiuificat: spiritus est qui uiuificat: nec sanctum fuit: quia de corde auti cupido & auaro consecraturum fuit, nec Deo gratum: non enim illi meta placent exteriora, nisi iungatur illis & anima.* Circa que multa eaque præclara scribit Diuus Augustinus & nos alijs locis multa retulimus.

§. 8. Ecce mulier, que erat in ciuitate peccatrix. Hæc peccatrix fuit Maria Magdalena, soror Lazari & Marthæ: & quantum nonnulli eius crimina diminuunt, tantum gloria gratia Dei detrahunt.

¶ Non est quod hæreamus in asserendo, quænam fuerit hæc mulier, quia licet questio uentiletur, in qua diuersæ proponuntur opinioniones, & ipsi Doctores diuersi modo sentiant: communis tamen eorum in hoc conuenit, quod

fuerit illustris illa Domini Maria Magdalene soror Lazari & Marthæ, & S. Ecclesia in tantum huic fauet opinioni, vt opposita non sit secuta: quandoquidem in eius officio multis modis hoc fateatur, in hymnis, antiphonis, & lectionibus. Nec similiter nobis moram iniicere debet scire, quænam fuerit illa ciuitas in qua mulier hæc ita liberè suæ uocabat libidini & publicè peccatrix audiebat. Ex eo quod D. Chryostomus & D. Ambrosius credunt hunc fuisse eundem Simonem illum de quo loquitur Euangelium cum eo qui in Bethania morabatur circa Hierusalem, in cuius ædibus Dominus noster sexti duo ante mortem suam cenam sumpsisse perhibetur: ubi similiter denotat habitasse Lazarum eiusque sorores: rit hic multorum opinio est ciuitatem fuisse Hierusalem & suis probabiliter: quia Euangelista illam nominat cum articulo *In ciuitate illa*, vt patet in textu originali: & manifestum est quod ciuitas que absolute hoc nomine uocatur, erat hæc ciuitas. Ita Christus discipulis suis: *Ita in ciuitatem ad quam uidentis Iesus ciuitatem, &c.* D. Augustinus arbitratu fuisse Naim ciuitatem Galilæe in qua Christus de phereto resuscitauit adolescentem uisus filium, quo peracto miraculo & alijs à Saluatore narrat hanc Euangelista historiam.

Quantum intelligo D. Marc. testatur Magdalenam oriundam ex prouincia Galilæe: nam describens mulieres que Christum ad crucem usque sequebantur, sic ait: *Erant autem & mulieres de longè aspicientes, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Jacobi minoris, & Iosaph marthæ, & Salome & cum esset in Galilæa sequebantur eum, & ministrabant ei.* Hoc idem dicit Euangelista Lucas huius auctor historie: *Subsecuta autem mulieres, que cum eo uenerant de Galilæa.* Hoc dato uidetur, quod illæ domicellæ & frater Lazarus erant Galilæi ex ciuitate Naim, & in Christi sequela comites descenderint in Bethaniam circa Hierusalem, ubi Christus cõmuniter residebat & prædicabat, atque ea occasione aliquando ad domum illam diuertebat, ubi morabantur in Bethania nec ibidem propriam habebant: quandoquidem cena quam in illa Domine præpararunt, testibus Euangelistis, in domo fuerit instructa Simonis leprosi, quo nomine illum uocando, quia ex quorundam opinione leprosus fuerat, & illum Saluator à lepra mundauerat, alius uidetur ab hoc, de quo hodiernum Euangelium, qui dicitur fuisse Phariseus dignitate præcellens: & namque leprosus fuisset, non hoc silentio rexisset Euangelistæ. Itaque Lazarus eiusque

eiusque sorores vt Christi doctrina fruerentur, descendunt de Iudæa in Galiliam; & in Bethaniam se receperunt, ubi Lazarus mortuus est & resuscitatus.

Ceterum si ne hæc aut illa ciuitas, non est quod immoremur, sed tantum, vt mulierem hæc inueniamus ad quod nos inuitat Euangelista. Multa sunt in illa consideranda: quandoquidem illa sola ea omnia contineat, quæ in cæteris sunt consideranda mortalibus, imò etiam Angelis. Inter homines, in illis multa ponderanda sunt quia mali sunt & peccatores; in alijs quia virtutum meritis excelluerunt, verum in hac muliere notanda sunt omnia, quia peccatrix fuit & sanctissima, & in vtroque genere præeminenter. Peccatrix fuit ita omni genere vitiorum polluta, vt hoc nomine publicè notaretur; sancta vero atque in tantum sanctitatis gradum elata; vt multos Seraphinos anteverat & excellentioribus merito quæret æquiparari. Vnde inuitamur ab Euangelista vt oculos in eam coniciamus, imò & ab ipso Christo supremo præcepto, Euangelista monet nos, vt eam attendamus peccatricem: *Eec mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix.* Christus autem vt eam attendamus sanctam & in eius amore Seraphinam ardentissimam. *Vides hanc mulierem?* Consideremus eam ad vtramque manum & in vtroque statu, vt dicere nobis liceat: cum D. Basilio in quadam homilia, quam declamat de penitentia, ubi eam attentè perpendit, hunc fore sermonem maximi emolumentum namque ille, in quo agitur de peccatoribus, tangat peccatores; omnes sumus; & omnibus nobis prodest videre peccatricem culmen ascendisse sanctitatis, in qua Dei bonitatem admitemur, quæ sustinet, expectat, & recipit peccatores; nec non illius misericordiam laudemus, qua momento temporis multorum amoris peccatrici tribuit indulgentiam; virtutem oblitescamus penitentia; esse acem qua puncto temporis anima de inferno transfertur in cælum; mancipium diaboli hinc ad idæum tempore. Dei filia adoptatur, pleno gaudenti iure, quo cuncta eius regna possideat; gressus inspicimus, quibus hæc mulier progreditur, vt ex magis peccatrice sancta fiat eminentior: gratias noemus quibus de profundis culpæ am ascendit abyssi ad eminentem diuina gratia celsitudinem, & quæ prius vitio barato destinabatur, iam in cælo Seraphina collocetur. *Seruo hic iusta D. Basilii in principio homilia: omnis uis uisissimus est, nempe enim hominum sine peccato est.* Sic. Primum igitur attendamus illam peccatricem, qualem nobis describit & of-

feri cælestis ille pictor D. Lucas: *Eec mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix.*

Nonnulli hinc sanctæ plurimum additi sunt. Non sicut minime credendum de muliere & domina dignitate & opibus primaria, cui fratres illi illustres atque Domina (ex quorundam opinione) cuiusdam loci, qui dicebatur Magdalum, ex ratum vt quo nomen sumpsit vt Magdalenam diceretur, peccatrix. quod tanta luxuriam proluie fœderetur atque in omnem esset meretrix effusa uenerem, vt iam tradi mereretur ignibus, nec corporis sui alijs usum fecerit, quodque peccatrix non diceretur in ciuitate, quali talis ipso opere esset, quia vt domina aliqua primaria famam contrahat in ciuitate ignominiosam, sufficit vt in actionibus suis paulo liberior & nulla prouida prudentia procedat, paulo h'arior, hinc ardeat alteri iocose applaudit, hunc amplectatur, alteri faciem ostendat liberatam, literas recipiat, conuersationem admittat libertinorum, gaudeat ex consorcio & societate dissolutorum, sibi in merendis complacet, frequentet choreas uideri uelit & uidere: etenim illud, quod non patet oculis in muliere communi, designat & infamat principalem in oculis omnium; tanto clarior lucet solis radius, tanto lucent in illo minimi atomi splendidus: at tanto patet manifestius fuligo sine macula etiam minima, quanto uellus est candidior & pretiosior.

Vt uero te uocent peregrinam non requiritur, o Domina, vt Compositellam proficiscens uel Romanam: sime tibi scipionem & uellem peregrinam seu coreaceam penulam & illo habitu induta uel paruo itinere proficiscaris, iam in ore omnium celebrabitis Romipeta & peregrina, & hoc nomine in ciuitate cognosceris: imò etiam meretrix audies licet ad ultimum non attingas, si mulier cum sis principalis notaque publicè (nam hoc te constituit vt uitas cautus, interim uitas liberior, dissolutior, uaga, recreatio um amica lecteris alloquia, recreation's, signa nuntia, sceleratas, merendas &c. Quomodo tibi persuades quo nomine uocetur illa domina, quæ discursibus suis superioribus, & colloquijs mutat habitum & pallium in leuicariolum, sola pergit nullo comire nullo custode, hinc intuetur, aridet alteri, oculis hinc hinc illi mectat, hinc alteri iocos obicit, hinc illi se monstrat libertinam? An hoc tu censas mulierem primariam? Cum ipse Spiritus S. nos moneat iam a tribus millibus annorum quando nec tanta quanta hodie, uigebat iniquitas, nec hominum iudicia

Ppppp adeo

IV. Magdalena duphici modo considerata.

D. Basilii Hom. 29. *Quæ est de penitentia. Hæc omnis uis uisissimus est, nempe enim hominum sine peccato est.* Sic. Primum igitur attendamus illam peccatricem, qualem nobis describit & of-

Hieron. Bap. de Lazarus, Tom. III.

adeo libera & temeraria, quod pleno gutture illæ dicebantur meretrices & tales in ciuitate passim habebantur.

VI. Refertur singularibus scripta circumstantijs historia de Thamar: erat hæc mulier opibus & dignitate nulli inferior, & nurus Patriarchæ Iudæ ex marito defuncto vidua, habitumque gerens vidualem. Die quodam impium aggressus tur callide stratagemata: ad hoc vestem exiit viduitatis, alteram induit & pallio circumcingitur carbafino, assumpto sibi thesturo & omnium oculis in biuio exposita. Sic eam describit sacer textus: *Depositis viduitatis vestibus assumpsit thestirum, & mutato habitu sedit in biuio. & aperuit vuluum suum, ne agnosceretur.* Primum expendamus cum D. Aug. quàm antiquum sit à viduis vestes assumi lugubres: per hoc enim declaratur, tã longè abesse debere ab illarũ diuerticulis, quàm habitus earum ab aliarum differt indumento. Notemus secundum, quòd tunc temporis vterentur femine pallijs adeo tenuibus, qualia sunt illa quæ vocantur carbafina: sic enim Græcus & latinus textus indicant vocatque *Thestirum* in Hebræo legitur *Zaiph*, quod ex mente D. Hier. & D. Basil. b. significat leue pallium Rupertus vocat illud *Subtile palliolum*: noster autem Cardinalis Caietanus asserit, quod totum corpus velaret *Credatur totius corporis velamen fuisse.* Habitus erat valde familiaris, vt credit D. Hier. mulieribus Arabiæ & Mesopotamiæ primarijs & admodũ frequens feminis Hierusalẽ: nam Deus earum petrales vanitatum, imitatus est eis, quòd hæc & reliqua ab eis esset ablaturus ornamenta leuitatis, calq; veste coriacea & cilicina vestituras: *In illa die auferet Dominus ornamentum calcamentorum. & c. & malarioria, & palliola & thestira.*

¶ 23 Induit igitur Thamar palliolum suum carbafinum, illò se cooperiens & thestirum ne forsan ab alijs agnosceretur. Illæ transit casu Patriarcha Iudæ, insperxit illam & ait Spiritus S. quòd indicaret eam esse meretricem: *Quam cum videret Iudæ, suspicatus est esse meretricem.* Accessit illam & demulcere cepit, liberius cum ea collocutus

(a) Quid hoc rei Patriarcha iustissime, quem vt talem suspicamus, cuius familiæ & nepotibus, pater tuus sceptrum addidit, coronam & regnum in populo Dei: tu inquam ille huius Reipublicæ iudex cum sis, qui hesi potest, vt talis te rapiat cogitatio, talemque feras censuram, nomenque imponas mulieri, quæ dignitate ceteras antecurrit, eique audeas proponere talia, quæ castæ non conueniunt honestati? etenim longè oportet vt absint ab his liberis colloquijs mulieres, cum ea

sufficiant illis cognomen afficitate indecorum, & nominari inde soleant meretrices: & hoc competit vobis, o mulieres honestiores, vt ornatu prodeatis in publicum bene composito & talibus pudicitie signis, vt quicumque vos aspexerit, honorare vos cogatur: vnde nullis audaculis, aut discoloris vobis ardeat iocolum aliquid aut scurrile proponere.

Non nego quin multum adiuuet honestatem, si mulier velato incedat vultu: quinimo hoc plurimum eius seruit cõseruationi, prout admodum fuscè demonstrat Tertull. in lib. quem inscripsit: *De velandis virginibus*: in quo declarat quàm prudens sit hæc consuetudo, quã Ecclesia secuta est ab antiquis Apost. temporibus, quã velum imponit, quòd capita & faeces operiuntur puellarũ quæ se diuino vouent obsequio, quas monachas dicimus: per hoc etenim periculo non exponunt illos à quibus videntur, ne sua prouocant vultus elegantia, vt eas sollicitet & excitet, qui hoc faceret, si illas intrueretur. Relatis igitur, & appositè pensatis multis rebus, concludit expendendo consuetudinem mulierum Arabicarum: Ille namque sic ait, pro more habent vt faciem velo contegant, vnum tantummodo non velatum habentes oculum: credebant etenim quòd quantò minus faciem detegerent, tantò damnum euitarent securũ in ijs, qui illas intrueretur: *Araba femina Ethnica qua non caput, sed faciem quoque ita totam tegunt, vt vno oculo liberato, contenta sint diuina frui luce, quam totam faciem profuturæ.*

Optimè foret si totum negotium consisteret in vultus velatione, ne viderentur, ne quærentur, ne prouocarentur. Porro hæc nostræ fuit deploranda Hispaniæ calamitas, vt relicta ab Arabibus hac consuetudine, & alijs quoque multis ab eo tempore, quòd fuit Arabia occupata, vt aduertit M. F. Ioann. de Ponte: illud quòd erat honestati medium, mutatum est in dissolutionis & vanitatis argumentum. Quandoquidem illa quæ hoc cultu prodit in publicum, eo ipso quo faciem velo cooperit sibi videtur quòd libera possit diuagari, exire, intrare quolibet accedere, iocari, ridere, colludere, prouocare eum à quo videtur, vt idem quod diximus Patriarchæ Iudæ proferat iudicium. Hòc suppositò, arbitror opportunum magis honestati mulieris & femine principalioris vt non velata procedat grauitate modesta Hispaniæ, quam eius requirit dignitas: Hæc etenim efficacior est, vt quantumlibet liberum comprimat & refrenet audaculum: vnde hoc notamus in domicellis Hispaniæ nobilioribus, & matronis Italiæ Romæque illustrioribus: nullam enim efficitio-

VII. Decet virgines velatas incedere.

TERTULL. L. de velandis virginibus. 17. quod est vtilissimè

VIII. Hispaniæ tamen magis conuenit non velatas incedere.

ficaciorum circumferunt honestatis custodiam, quam propriam, eamque gravem corporis honestatem. Quid plura? Quanto mulier est dignitate nobilior, tanto decet ut sit cautior: nam vel motus leuiore sufficiat ut earum derogent auctoritati, & fama maculam aspergant ineludibilem. Nullus ita cito flos marcescit, perditque pulchritudinem, quam fama nomenque mulieris illustrioris: nam solo contactu, siue olfactu gratiam perdit venustatem: Tenere res est in seminu

haec hystoriam per scripturam exposuerit. Idem sit iudicium de negatione Petri: quis enim eam viuis magis coloribus depictam nostris obiecit oculis, quam ipse Deus in Evangelio? Ibidem eius expendit promissa & præcedentem constantiam, quæ grauius accusabant eius pusillanimitatem, ibi profert occasiones, verba, iuramenta, anathemata. Et cum ita sit quod sepe ab vno scribitur Evangelista, ab alio omittitur: peccatum tamen Simonis Petri voluit à quatuor illis conscribi Evangelistis ita distinctè, quasi singuli tantum illud exponerent, vt dicemus die Martis proximo.

D. Hier. *fama, pudicitia est quasi flos pulcherrimus, cito ad leuem marcescit iuram, leuissimè statim corrumpitur maxime ubi aia consentit ad vitium. Et maritalis deest auctoritas, cuius umbra in amica uxoris est.*

Ita nonnulli sentiunt de Magdalena: potest contrarium opinantur cõmuniter SS. Patres: etenim se monstrant oratores, in exaggerandis eius criminibus, quæ nullus euidentius in publicum profert, ex sententia D. Petri Chrysol. quàm ipse Evangelista. Disputans D. Chrysol. de peccato

Dauid. integrum scribit hominiam contra quosdam quibusdam sanctis addictos, qui prius fuerant peccatores: etenim arbitrantur illos maculâ notari, si in forum eorum crimina producantur, enarrentur, & exaggerantur, non sapit hoc prudentiam: etenim nemo maior sanctos quam Deus honore afficit: qui hoc taliter facit, vt videatur terminos excedere discretions, iuxta illud Dauidici: *Nimis honoras sunt amici tui Deus,* & nihilominus nullum magis ad notitiam omnium eorum scelera producit, nec verbis explicat clarioribus, magisque exaggeratiuis, omni que larua seposita: nec est aliquis qui ita grauius inimici sui culpam effert quem optat castigari, sicut Deus electorum suorum, qui prius peccatores extiterunt culpam aggrauat & extollit. Quoties, & detradit larua dixit, dicit & scribit Dauidis a Iulteriusi homicidio contextum? Omnes etenim adfert circumstantias adulterium eius aggrauantes, omneque quæ possent proditoriam illius maculare actionem, quâ fidelem sibi studuit occidere Vriam, eius quoque exaggerat ignominiam dicendo quod etiam ipsa Gentiles eam execrati sunt, refertque, qualiter Propheta Nathan hoc illi peccatum in faciem exprobrarit, nec omittit quod supplicium tanti sceleris secum duxerit in sepulchrum.

Si Spiritus S. eo modo inquit ille culpam aggrauat & extollit Dauidis: quare ego non illam publicabo: cum certum sit quod Deus per hoc intendens eius honorem, ego illius honori non derogabo: Non vereor magna hac voce publicare: cum Spirit. S. non in dedecus, sed in laudẽ vniuersã

Extra controversiam est, quod Deus Apostoli sui non intendat ignominiam sed honorem, ad cuius incrementum cedit (inquit D. Chryl.) eundem culpas non diminuere. Quare?

Primò: quia sic diuino honori, & gloriæ si x cõuenit gratia, hæc etenim illa est, quam in peccatorum quærit iustificatiõne: *In laudem gloria gratia sua:* dixit Apost. Quanto namque amplius detrahis debito debitoris, cui alter liberè omnem dimisit debitum: & quanto magis xproxi deprimis infirmitatem, quam curauit medicus: & quanto magis petra tollis duritiam, quam lapidæ eleborauit: tanto magis detrahis liberalitatem eius, qui debitum dimisit, & oculos medicus sapientiam, qui curauit infirmum, & industriam deprimis lapidæ, qui sculpsit imaginem, ita quotiens

que tanto amplius diuinæ detrahis liberalitatis, quanto magis delicta remissa in peccatore factis leuora, & virtutem medicinæ illius enervas, quanto magis tollis infirmitatem culpæ, & tanto magis diuini illius sculpsit supremam deprimis potestatem, quanto leuiorem statuis in anima molliem. Quanto clarius deo est cognoscitur grauitas, tanto probatur eius, qui remisit maior esse liberalitas: & quanto grauior corporis infirmitas, tanto medici experientia & medicamentorum patet efficacia: & quanto durior apparet petra, vt solo contactu scintillas emittat, tanto euidentius patet eius industria, qui in illa Seraphim sculpsit admirandam imaginem. Idcirco præclatior non exitit duritiæ Pauli prædicator, quam idem ipse: videbat enim quod per hoc diuinæ misericordiæ declararet amplitudinem, eiusque diuini brachij loqueretur potentiam, ipsemet aut stante: Evangelicam perlege historiam, & liquido constabit, quanto conatu Evangelistæ eorum exposuerunt infirmitates, quos Christus sanitati restituit, earum enarrando qualitates, ac mali grauitatem, qualque ipsa non poterat natura restituere. Sic mortuorum appendunt circumstantias quos ad

Serm. 93. Ho. 27. in Matt. post med. IX. Sanctorum peccata nunc reuelar, no illis est ignominiosum. Ps. 138. 17.

24 25 Ephes. 1. 6 12. 14. X. Et cecit in Dei misericordie laudẽ & commendationem. XI. Similitudines.



XII.
Idcirco
minutim
Christi
miracula
scripserūt

vitam reuocauit, omnes sigillatim exponendo, aduertendo particulari consilio, quod Lazarus iam ita computresceret, ut propriae sorori horrorem incurreret factor caecitatis: ut enim Christi gloriam præstendebant, & mundo manifestare, ac confirmare virtutem illius diuinam, sibi persuadebant, quod tanto hoc facerent diligentius, quanto declarabant illud, & ponderabant attentius. Idcirco conabatur Apostolus tanto studio manifestare Apostolorum in se & humilem progeniem cordisque duritiam, nec non eorum ad qua libet præclara perficienda incapacitatem: ut quanto patentiùs hæc omnibus constarent, tanto virtus Dei extolleretur excellentiùs, quæ per illos & in illis operabatur, qui in eum finem tales ipsos elegit. *Ideo non in sapientia verbi ut non euacuetur crux Christi:* tanto etenim virtus illius amplius deprimitur, quanto eorum hebetudo, stupiditas & ignorantia non extollitur: unde e lapsis diebus retulimus merito Christianam à D. Chrysoſt. reprehensum, eo quod ingenium, acumen & scientiam prædicaret, quæ D. Paulus ex se commendabatur.

2. Cor. 1.7

Hom. 30.
nu. 45.

Idem Apostolus ut diuinæ gratiæ magnitudinem laudaret & excellentiã quoad miseriarum & criminum mundi remedium, crebro datã operã illa ad trutinam appendit: quia probe nouerat quod tanto clariùs gratia Dei, eiusque misericordia magnifica laudaretur, quanto studiosius culpatum extolleret enormitatem: & tanto pateret evidentiùs abyssus Dei misericordiæ, quanto magis nostratum abyssus pateret miseriarum: *Vbi abundauit delictum superabundauit & gratia. Ecce, ut ostenderet abundantes diuitias gratiæ suæ.*

XIII.
Obiectio
Apostoli.

Non pateret abundans gratiæ misericordia in parua remittendo debita, nec abundans requiretur misericordia qua modica & leuis sanaretur infinitas. Discursum huic Apostolus liquidis ita rationibus prosequitur, ut ipse sibi obijciat argumentum. Iam audio te proponentem: si ad ostensionem diuinæ gratiæ necesse sit culpam aperte deformitatem, & quanto fuerit hæc maior, tanto & illa præclarior esse probaretur: conueniens esset grauius multaque committere peccata, multoque in illis tempore perseverare, nec non veteribus noua quotidie superaddere: quatenus ea Deo postmodum remittente, tanto clariùs illius pateret magnitudo clementiæ:

Rom. 6.1.

Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato, ut gratia abundet? Absit omnino, respondet Apost. quia quanto patentius tuorum criminum enormitas, quam Deus suã gratiã dimittit, eiusdem sperit magnitudinem? tanto huius gratiæ mag-

nitudo, tuam clariùs confirmat culpam & declarat quanto minus veniam imo magis pœnas æternas ignem hæc merebaris. Itaque ad Dei laudem expedit crimina sanctorum explicare, morbos eorum & vultu manifestare.

§. 9. Similiter ad maiorem Magdalena gloriam peccatorum illius grauitas manifestatur.

NEdum ad hoc sed secundò conuenit ex mente D. Chrysoſtom. magnique refert *Ho. 27. in ad gloriam & honorem sanctorum, quæ tantò crescit altius quanto eorum peccata magis cognoscuntur. In mentem tibi veniat ea cuius Vires Gora, quæ Spiritus Sancti declarauit, imo & expendit gignit Goliath melem corporis eximiam: gantis alt enim: Egredies est vir spiritus altitudinis seu eximiorum & palmi. Attende non satis illi fuisse duntaxat declarare sex cubitos (nam ad minus efficiunt quatuor vltas mensuræ maioris) sed insuper & palmum voluisse vteriosem explicare: Sex cubitorum & palmi. Ne quid omitteretur ad illius magnitudinis expressiõnem. Deinde subiungit: *Cilicet arca super caput eius.* Vterius, *Loricã signata indue bonur.* Non ex leuissimis illis communibus fabricata & compacta amulorum, sed ex paruis lentis & conchis, opus omnino singulare. Pondus huius loriciæ quingentos scilos appendebat. Singuli sicut quartam partem vnciæ appendunt, ita vt mille prope quingentas appenderet vnciæ. Ecce quàm distincte vires armorum illius describit Gigantis, non per pondera grauiora sed per vncias & quadrantes. Describit in hunc modum octas illas, *Oceus arcas habebat in cruribus.* Scortu totum arcum adeo vastum erat, vt humeros illius contegeret: tu iudica quale fuerit: *Clypeus arcum tegebat humeros eius. Hastile hasta eius erat quasi sicinorum texentium, cui relam obnoxiunt. Ipsum ferrum hasta eius sexcentos scilos habebat. Paxiter huic amectit figura huius monstru & horrorem, quò cunctos percelleret, qui tantus erat, vt legiones Israeliticæ solo illius aspectu terga verterent: *Omnes Israheliticæ cum vidissent virum superuenit à facie eius timentes eum valde.* Ad eius conspectum, non se subducebant, sed sibi fugã consulebant: *Fugerunt.* Non timore quodam communi, sed grauissimo: *Timentes valde.* Quid plura? Nec eius inuicem omittit Spiritus S. eum etenim describit pompatico & arroganti passu incedentem, Dauidem naso suspendentem: *Ibat autem Philistinus incedens.***

Domi.